DESIGNATIO

LIBRORVM, DISSERTATIONVM

ALIARVMQVE

EXERCITATIONVM ACADEMICARVM

QVAS

DIVERSIS TEMPORIBVS

AB ANNO MDCCVIII.

AD ANNVM MDCCL.

EDIDIT

LAVRENTIVS HEISTERVS D.

SERENISSIMO DVCI BRVNSVICENSI ET LVNEBVRGENSI
A CONSILIIS AVLICIS ET ARCHIATER, ACADEMIAE
IVLIAE CAROLINAE SENIOR.

HELMSTADII
APVD CHRIST. FRIEDR. WEYGAND
MDCCL.

I. IN HOLLANDIA.

Diſſertatio inauguralis *de Tunica oculi choroidea*, pro gradu Doctoris habita, Harderovici, 1708. *4to*, quæ auctior recuſa atque iterum publice ventilata eſt, Reſpondente D. Io. Sigismundo *Leinckero*, Norimbergenſe, Medico nunc & Phyſico in patria. Helmſtad. 1746. 4. cum tab. ænea.

BOHNII (Jo.) Tract. de renunciatione vulnerum. Amſtelodami 1710. in 8. cui egregio libello, tunc admodum raro & in Hollandia non proſtanti, attamen a ICtis & Medicis valde expetito, præfationem præmiſit, & ut accurate ac nitide prodierit, curavit.

II. SCRIPTA ALTORFII IN ACADEMIA NORIMBERGENSE EDITA.

Programma *de veritatis inveniendæ difficultate in Phyſica & Medicina* Altorfii, 1710 4. quo ad audiendam Orationem inauguralem, cum munus Profeſſoris Medicinæ publici ordinarii ibidem ſuſciperet, invitabat.

Oratio inauguralis *de Hypotheſium medicarum fallacia & pernicie*, publice dicta, cum Anatomes & Chirurgiæ profeſſionem Altorfii Noricorum ſuſciperet. ibid. 1710. 4.

Diſſertatio anatomico-phyſiologica *de Maſticatione* (mechanice explicata) Reſpondente D. Jo. Chriſtoph. *Goezio* Norimbergenſe, ibid. 1711. 4. per varia poſtea ſcripta Norimbergæ edita admodum claro.

Diſſertatio *de Cataracta in lente cryſtallina* prima. ibid

1711. 4. Reſpondente D. Jo. Guil. *Widmanno*, Norimb. Medico & Phyſico in patria, ac poſtea Sacræ Cæſareæ Maj. Archiatro, Sacrique Imperii Rom. Nobili, atque Acad. Cæſareæ N. Curioſor. Directore excellentiſſimo, νῦν ἐν ἁγίοις.

Diſſertatio altera *de cataracta in lente cryſtallina*, Reſp. D. Ge. Phil. *Vogtio*, Naſſovienſi, anno 1712. 4 ibidem. &

Diſſertatio tertia Reſp. D. Tob. Ferd. *Pauli*, Vratislavienſi, eod. anno & ibidem: in quibus novam & tunc in Germania adhuc prorſus incognitam *ſententiam hanc de Cataractæ vera cauſſa primus patefecerat*, & novis obſervationibus atque exemplis confirmaverat. Ex his poſtea natus eſt libellus ſequens.

LAVRENTII HEISTERI *de cataracta, glaucomate & amauroſi tractatio*, 8. Altorfii 1713. c. fig. Poſtea cum ipſi controverſiæ propterea a quibusdam & cumprimis a *Wolhuſio*, ocular io Anglo, ſed Pariſiis tunc degente, motæ fuerint, ſecuta eſt APOLOGIA pro illo libello, inprimis contra *Wolhuſium*, Anglum, & *Andryum*, Pariſienſem Gallum. 8. ibid. 1717. & denique cum adverſarii nondum quieſcerent, novasque, ſed vanas obiectiones publicarent, VINDICIAS utriusque hujus libelli ibid. 1719. 8. cum indice in omnes tres hos libellos evulgavit.

Diſſertatio *de Gaſtro-& Enteroraphe*, ibid. 1713. 4. Reſp. Carol. Frid. *Gladbachio*, Crucenaco-Palatino, poſtea Regis magnæ Britanniæ Georg. I. Hanoveræ Chirurgo primario aulico.

Diſſertatio *de Amauroſi, ſalivatione curata*, Reſp. G. Phil. *Vogtio* Naſſov. 1713. ibid. 4., iuncta poſtea libello de Cataracta.

Diſſertatio titulo *Chirurgiæ novæ adumbratio*, ibid. 1714. 4. Reſpond. Henr. *Sontagio*, Altorfino, qua Inſtitutionum ſuarum chirurgicarum, aliquum diu poſtea editarum ideam, ſive ſciagraphiam exhibere voluit.

Diſſer-

Diſſertatio, qua *Oſteologiæ compendium*, Reſpond. Remigio Seiffarto de KLETTENBERG, Moeno-Francofortenſi, 1715. 4. ibidem, Doctore primum Medicinæ in patria, deinde & nunc adhuc Senatore ac Scabino Francofurtenſi excell. tanquam prodromum compendii ſui analomici exhibuit.

Diſſertatio, qua *compendii anatomici ſpecimen* II. Reſpond. Jac. Chriſt. *Schefflero*. Altorfino 1716. 4. ibid. dedit.

Diſſertatio, qua *Compendii ſui anatomici* ſpecimen III. Reſpond. Mart. Matth. *Müllero*, Lindavienſi, publicavit, ibid. 1716. 4.

Diſſertatio qua *compendii huius anatomici* ſpecimen IV. & ultimum publice ventilavit, Reſpond. Joh. *Ehingero*, Auguſtano. ibid. 1717. 4.

Ex his quatuor Diſſertationibus, tanquam fundamento, ortum eſt *compendium eius anatomicum*, quod Altorffii primum prodiit 1717. in 4.

Diſſertatio *de Lingua ſana & ægra*, Reſpond. Joh. Reinhard *Kuſtnero*, Moeno-Francofurtenſi. ibid. 1716. 4.

Diſſertatio *de nova methodo ſanandi fiſtulas lacrymales*, Reſp. Henr. Chriſt. *Rodbergio*, Eſſendia-Weſtphalo, nunc Medico Cameræ Imperialis, quæ pro Juſtitia adminiſtranda Wetzlariæ floret ſpectatiſſimo, Altorfii 1716. cum tab. æn. qua novum modum Anellii fiſtulas lacrymales curandi in Germania primus propalavit, eumque etiam feliciter mox tentavit.

Diſſertatio *de vera glandulæ appellatione*, Reſpond. D. Burc. David. *Mauchar*to, Wirtenbergico 4. ibid. 1718. poſtea & nunc adhuc Profeſſore Medicinæ ordinario Tubingæ atque Seren. Ducis Wirtenberg. Conſiliario & Archiatro celeberrimo.

Diſſertatio *de Valvula coli*, contra Jo. Bapt. *Bianchium*

chium ſive *Blançum*, Profeſſor. Medicinæ Taurinenſem, qui eam negaverat, Reſp. Ge. Caſp. Ihlio, Bohemo: 1718. Medico poſtea in Thermis Carolinis præſtantiſſimo, cum tab. æn., qua hæc valvula diverſimode repræſentatur. De qua vid. Diarium Erudit. Pariſ. 1720. menſe Januar.

CHIRVRGIA eius germanice, 4. Norimb. 1718. cum figuris multis primum edita, & poſtea 1724. 1731. 1739. & 1743. & ſemper auctior recuſa, ibidem in 4.

Diſſertatio *de luxatione & fractura femoris* Reſp. Rud. Phil. *Beurlino*, Stuttgard. Wirtenb. 4. ibid. 1718. qua fracturas colli femoris frequentiores eſſe ejus luxationibus evicit.

Epiſtola, qua *ſententiam* ſuam *de cataracta* a novis *objectionibus* & cavillationibus (ſpeciatim *Wolhuſii* eiusque aſſeclarum) liberavit ac defendit, quæ continetur in Actis Eruditor. Lipſienſium, a. 1719. menſe Januario editis.

Diſſertatio *de Superfluis & noxiis quibusdam in chirurgia*, Reſp. Ioh. Henr. *Schutteo*, Suſato-Gueſtphalo, Medico nunc Clivenſi, 4. Altorfii, 1719, qui *Floram* quoque *Ienenſem* primum ediderat, aliaque Scripta, ac denique etiam novum aquarum mineralium fontem, in Ducatu Clevenſi haud pridem repertum, deſcripſit.

Diſſertatio *de Glandulis, quæ præter neceſſitatem in corpore humano vulgo ſtatuuntur*, Reſp. Ioh. Iac. *Gramſio*, Moeno-Francofurtenſi. 1719. 4. ibid.

Obſervatio *de phoſphoro*, omnia inflammabilia accendente, ex cerebro humano a ſe præparato, una cum modo eum præparandi, deſcribitur in Faſtis Academiæ Altorfinæ 1719 impreſſis, menſe Decembri.

Programmata varia anatomica Altorfii edita, quibus Dei exiſtentiam & ſapientiam ex vtificioſa corporis humani fabrica, primo generatim, poſtea ſpeciatim ex ventriculi ac deinde etiam *ex inteſtinorum tenuium ſtructura* oſtendit, annis 1717. 1718. & 1719.

Com-

Compendii anatomici editio altera, eaque auctior & correctior, in 8. Altorf. & Norimberg. 1719. cum figuris.

Diſſertatio *de Foetu ex utero matris mortuæ mature exſcindendo*, peculiari caſu illuſtrato, Reſp. Io. Petro *Dieſenbachio*, Francofurtenſe ad moenum, 4. Altorfii 1720. in qua etiam caſus *de ruptura uteri in partu notabilis*, a Præſide obſervatus, quo foetus ex parte in ventrem matris ingreſſus deprehenſus ab ipſo fuerat, deſcriptus eſt.

Diſſertatio *de optima cancrum mammarum extirpandi ratione*, quæ peculiari notatuque digno caſu de cancro mammarum non exulcerato, qui libras duodecim habebat, feliciter, ſolo ſcalpello reſecto, illuſtratur. Reſp. Ott. Phil. *Virdungo* ab *Hartung*, Herbipolenſi Franco, 4. ibid. 1720. cum figura cancroſam hanc mammam exhibente.

III. SCRIPTA, QVÆ DVM HELMSTADII VIXIT, AB IPSO PVBLICATA SVNT.

Oratio *de incrementis anatomiae* in hoc ſæculo XVIII, publice dicta, cum iuſſu Sereniſſimæ Domus Brunsvico Luneburgenſis Medicinæ, Anatomiæ & Chirurgiæ profeſſionem Helmſtadii ſuſciperet, d. XVIII. Iun. 1720. Wolffenbuttelæ. 8.

Programma *de inventis anatomicis* huius ſeculi XVIII, quo ad audiendam prædictam orationem invitavit. 4. ibid. 1720.

Programma anatomicum de Dei cognitione ex inteſtinorum craſſorum fabrica. 4. ibid. quod poſtea ad annum usque 1730, quo Anatomicam cum Botanica diſciplina permutavit, plura ſecuta ſunt, quæ maximam partem continuationes erant programmatum Altorfinorum, quibus

bus Dei exiſtentiam ex anatome evincere & clare ob oculos ponere elaboravit, quæ infra ſpecialius indicabuntur.

Anno 1721. Compendii ipſius anatomici verſio *in linguam anglicanam* prodiit in 8. Londini, titulo *A Compendium of Anatomy* &c. *translated from the laſt Edition* (erat editio II.) *of D. Laurentius Heiſter*: quo anno etiam primum *germanica lingua*, licet minus bene, eoque non cooperante, Vratislaviæ in Sileſia impreſſum eſt in 8. & poſtea adhuc aliquoties Norimbergæ una cum Tab. æneis.

Diſſertatio *de Trichiaſi oculorum*, Reſpond. D. Godofr. Ludov. *Schwerdſegero*, Luneburgico, 4. Helmſtad. 1722.

Diſſertatio *de Fortuna Medici* Reſpond. Io. Chriſt. *Rabe*, Calenberga-Schoenburgico ibid. 1722. 4. qui brevi poſt factus erat Celſiſſ. Comitis Lippenſis Archiater & Conſiliarius, quique haud pridem mortuus eſt.

Diſſertatio *de ſimplicium collectione*, Reſpond. Chriſt. Fried. *Rabe*, Calenberga-Schoenburgico, præcedentis fratre, medico Pegavienſi in Saxonia. ibid. 1722. 4.

Petri Dionis chirurgiam, germanice antea iam ſemel, ſed admodum vitioſe verſam ac editam, rogatu bibliopolæ Auguſtani reviſit, innumeris in locis correxit, notisque multis adiectis auxit, atque hoc anno 1722 Auguſtæ Vindelicorum longe perfectiorem evulgavit.

Diſſertatio *de Morbis Adoleſcentum & Juvenum Hippocratis*, Reſp. Fried. Henr. *Schrammio*, Butſtadio Thuringico, Helmſtadii, 1722. 4.

Anno 1723. *Compendii anatomici latina editio* II. Amſtelodami quoque, una cum *Oratione* ejus de *Incrementis* anatomiæ in hoc *ſæculo* XVIII, itemque programmate de *inventis anatomicis hujus ſeculi* Helmſtadii 1720 publicatis, recuſa eſt in 8.

Hoc

Hoc compendium poſtea etiam Pariſis 1724 uno hoc anno, bis a diverſis autoribus, *in linguam gallicam translatum atque a diverſis quoque bibliopolis impreſſum eſt*; alterum titulo, *l' Abbregé anatomique de Mr. Laur. Heiſter* &c. par un Chirurgien de Paris; (qui nomen vero ſuum non indicavit) alterum titulo *l' Anatomie d' Heiſter, avec des Eſſais de Phyſique ſur l' uſage des parties du corps humain*, par I. B. de la faculté de Montpeiller, a Paris 1724. en grand 8. Relationes & Iudicia bona de his in diario erudit. Paris 1725, menſe Julio & Auguſto, legi poſſunt.

Diſſertatio *de Rhachitide*, Reſp. Jo. Ge. de *Brocke*, Altenburgico-Saxone, 4. Helmſtad. 1725, cui diſſertationi adiectum ab Heiſtero eſt *programma*, quo ad diſputationem hanc invitavit & quo demonſtravit,

Infantes pro a diabolo olim ſuppoſitis habitos, revera nihil aliud, niſi ægros *Rhachiticos*, & minime a diabolo ſuppoſitos *fuiſſe*. 4. ibidem 1725.

Diſſertatio *de Manna, & ſpeciatim de ſecuro & proficuo eius uſu pro alvo in variolis confluentibus movendo* &c. Reſpond. Julio Bielitzio, Marchico, 4. ibid. 1725.

Diſſertatio *Medica forenſis de partu tredecimeſtri legitimo*; in qua ſimul defenditur, *partui nullum certum tempus in univerſum tribui poſſe*, Reſpond. D. Jo. Gerh. *Wagnero*, Helmſtadienſi, nunc Medico Lubecenſi celeb. 4. ibid. 1727.

Obſervationes *de Aneuryſmatibus* in pectore maximis & de *calculo admodum ſingulari* in veſica juvenis reperto, deſcriptæ in Annalib. Acad. Juliæ, ſemeſtri XII 1727, p. 81.

Diſſertatio *de Alto adparatu*, ſive methodo calculum e veſica in pubis regione excidendo, Reſpond. Jo. Fried. *Weiſio*, Helmſtadienſi, 4. ibid. 1728. c. tab. æn. & novis de hac calculum excindendi via exemplis.

Diſſertatio *de Anatomes ſubtilioris utilitate* in Medicina & Chirurgia, Reſpond. Jo. Carolo *Hahnio*, Sueidnizenſi Sileſio. ibid. 1728. 4.

Diſſertatio *de Animi defectione*, Reſpond. Jac. Heinr. *Gebhardi*, Brunſvicenſi, Ser. Ducis Brunſv. nunc regnantis poſtea Archiatro, ibid. 4. 1728.

Diſſertatio *de debilitate fibrarum*, Reſpond. D. Ott. Juſto *Wreden*, Hannoverano, poſtea Anatomes in patria demonſtratore & Medico caſtrenſi copiarum germanicarum Regis Magnæ Britanniæ 4. ibid. 1728.

Diſſertatio *de Chirurgorum erroribus in curandis morbis venereis*, Reſpond. J. Jac. *Schmidio*, Magdeburgenſi, & deinde & nunc adhuc Medico Nordhuſano. 4. ibid. 1728.

Diſſertatio *de Kelotomiæ abuſu tollendo*, Reſpond. Anton. *Mombero*, Elbinga-Boruſſo. 4. ibid. 1728: qui ut Medicus caſtrenſis copiarum Brunſvicenſium ultimo bello turcico in Hungaria mortuus eſt.

Diſſertatio *de Medicamentis cardiacis*, Reſpond. D. Mart. Chriſt. *Polenz*, Lipſienſi, 8. ibid. 1729.

Compendium anatomicum etiam juxta alteram editionem Altorfinam recuſum eſt Venetiis, 1730, una quoque cum prædicta oratione de incrementis anatomicis, & programmate de inventis novis anatomicis in hoc ſæculo XVIII; mox autem, eodem adhuc anno, juxta tertiam quoque editionem Altorfinam in 8. Venetiis, 1730, adeo ibidem bis uno anno ibidem eſt impreſſum.

Diſſertatio *de Medicinæ utilitate in Jurisprudentia*, Reſpond. D. Jo. Mart. *Starckio*, Moeno-Francofurtenſi, 4. ibid. 1730, nunc in patria Medico & Phyſico ordinario.

Programma *de ſtudio rei herbariæ emendando*, cum

Botani-

Botanices Profeſſionem, atque prælectiones ac demonſtrationes plantarum publicas aggrederetur 4. ibid. 1730.

Diſſertatio *de Medico naturæ Domino*, Reſpond. D. Johann. Theoph. Hugone *Rochlitzio*, Andreæ-montano Cheruſco, ibid. 1730. 4.

Diſſertatio *de Medicamentis Germaniæ indigenis, Germanis ſufficientibut*, Reſpond. D. Joh. Maur. *Hengſtmanno*, Quedlingenburgenſi. 4. ibid. 1730.

Diſſertatio ſiſtens *obſervationes medicas* miſcellaneas ſingulares (Helmſtadii notatas), theoreticas & practicas, Reſpond. Joh. Fried. *Moebio*, Glauchavia-Schoenburgico Saxone. 4. ibid. 1730.

Eodem etiam adhuc anno primum *indicem plantarum*, quas hoc anno, quo à Sereniſſimis Nutritoribus cura horti medici Helmſtadienſis ipſi demandata erat, in eum intulit: qui numerus tantus erat, ut vix unquam antea aliquis hortum academicum novum tanta plantarum copia unico anno inſtruxerit; in cuius calce ſimul aliquot *nova plantarum genera conſtituit*, atque etiam ordinem plantarum, quo eas in eo diſpoſuerit, ab omnibus aliis diverſum, promiſit; ſed ob alia graviora negotia multaque alia edenda anno demum 1748 hoc præſtare potuit. Helmſtad. 1730. 8.

Anno 1731. 1732. & 1733., quovis anno *continuationem dedit plantarum*, quibus ſingulis his annis hortum huius Academiæ auxit; ubi ſimul in quovis anno *quædam plantarum genera*, ad plantas curatius a ſe invicem diſtinguendas, propoſuit.

Diſſertatio *de Chirurgia cum Medicina neceſſario conjungenda*, Reſpond. D. Georg. Chriſt. *Materno*, Panonico. 4. ibid. 1732. poſtea Medicinæ Profeſſore Altenavienſi in Holſatia.

Diſſertatio *de Fallaci pulmonis infantum experimento*,

novis

novis exemplis illuſtrato, Reſpond. Guil. Traugott *Heerio*, Goerlicenſi, Luſato. 4. ibid. 1732.

Diſſertatio *de foliorum utilitate in conſtituendis plantarum generibus iisque facile cognoſcendis*, Reſpondente filio, Elia Friederico *Heiſtero*, 4. ibid. 1732. Lugduni Batav. 1740. poſtea defuncto.

Diſſertatio *de Aquis Medicatis Pyrmontanis*, Reſpond. D. Ioh. Sigim. *Hahnio*, Sueidnizenſi, Sileſio, 4. ibid. 1732. Medico nunc in patria.

Diſſertatio *de Medico nimis timido*, Reſp. Hermanno *Schroedero*, Hagebornenſi, Magdeburgico. 4. ibid 1733.

Diſſertatio *de Clavo hæmorrhoidali*. Reſpond. D. Joh. Gottl. *Raupachio*, Sileſio. 4. ibid. 1734. mortuo poſtea in patria ex morſu, ut mihi relatum eſt, canis rabioſi: cui annexa eſt

Epiſtola Heiſteri *de morte* SILII ITALICI, *celebris Poetæ & Oratoris*, ex clavo inſanabili, 4. ibid. 1734.

Diſſertatio *de Calendario artuum*, Reſpond. D. Chriſtiano Gottl. *Fregio*, Miſnico, 4. ibid. 1736. Medico poſtea Lipſienſi, ſed nuper 1749 ibidem demortuo.

Compendium Inſtitutionum ſive Fundamentorum *Medicinæ* 4. Helmſtad. 1736.

Diſſertatio *de Morbis ex viſcido oriundis*, Reſpond. D. Johanne Leonh. *Henrici*, Moenofrancofurt. ibid. 1737.

Diſſertatio *de Anatomes maiori in Chirurgia, quam Medicina, neceſſitate*, Reſpond. D. Georg. *Wagnero*, Haſſo-Caſſellano, 4. ibid. 1737.

Diſſertatio *de Hernia incarcerata ſuppurata* ſæpe non lethali, Reſpond. D. Joh. Adolph. *Gladbachio*, Moenofrancofurtenſe, 4. ibid. 1738. cum tab. ænea, Medico nunc Sereniſſimi Principis Anhaltino-Zerbſtenſis.

Diſſertatio *de Medicinæ mechanicæ præſtantia*, Reſpond.

D.

D. Joh. Petr. *Sparwardo*, Stralſundenſi-Pomerano, 4. ibid. 1738, Medico nunc in patria.

Inſtitutiones chirurgicæ, Amſtelodami 1739. Volum. duo, 4. editionibus, germanica lingua evulgatis, longe auctiores, opus triginta annorum, cum tabulis æneis XXXVIII.

Diſſertatio *de Pipere*, Reſpond. D. Georg. Conrado *Pfeffero*, Brandenburgico-Onoldino. Helmſt. 1740. 4. cum tab. ænea *Piperodendri* Helmſtadienſis rariſſimi.

Diſſertatio *de Oſſium tumoribus*, Reſpond. D. Chriſt. Fried. *Goekelio*, Norimbergenſi, 4. ibid. 1740. Medico aulico nunc Sereniſſimi Marchionis Brandenburgico-Barutini.

Meditationes & animadverſiones in *novum ſyſtema botanicum ſexuale Linnæi*, Reſpond. D. Philippo Caſparo *Goekelio*, Norimbergenſe, fratre præcedentis, Medico & Phyſico nunc Norico ordinario. 4. ibid. 1741.

Diſſertatio *de Nominum Plantarum mutatione utili & noxia*, Reſp. Jodoco Edmundo *Sandhagio*, Hildeſienſi, 4. ibid. 1741. cum fig. *Piperodendri* Helmſtadienſis florentis.

Diſſertatio *de Aurantiis eorumque eximio uſu medico*. Reſpond. D. Joh. Herm. Ant. *Wilberding*, Monaſterio-Weſtphalo, 4. ibid. 1741, cum tab. ænea, Medico nunc Monaſterienſi.

Diſſertatio *de Medicinæ ſectæ empiricæ veteris* atque *hodiernæ diverſitate*: Reſpond. Mich. Anton. *Kayſero*, Bevero-Brunſvicenſi, 4. ibid. 1741, Medico nunc Wolffenbuttelenſe.

Diſſertatio *de Arteriæ cruralis vulnere periculoſiſſimo, feliciter ſanato*, Reſpond. Jo. Andr. *Reinigio*, Magdeburgenſe, ibid. 4. 1741, cum tabula ænea, Medico nunc in patria ſua.

Diſſertatio *de Oſſium Vulneribus rite curandis*, Reſpond.

 Jo.

Jo. Gottl. *Sturmio*, Lubena-Luſato, 4. ibid. 1743 Medico Celſiſſ. Comit. de Reus in Voigtlandia.

Compendium Medicinæ practicæ, cui loco præfationis præmiſſa eſt illa, *de Medicinæ machanicæ præſtantia*, diſſertatio, Amſtelodami, 1743. 8.

Chirurgia germanice ſcripta, præcedentibus longe auctior: editio quarta, cum tab. æn. XXXVIII, Norimbergæ 1743. in 4.

Compendium Medicinæ practicæ germanice verſum, titulo: Practiſches Handbuch. 8. Lipſiæ, 1744.

Diſſertatio *de Mutationibus corporis humani naturalibus*, ab ortu uſque ad obitum, Reſpond. Chriſt. Anton. Conrad. *Probſtio* Gandeſienſi, Brunſuicenſi, Helmſtad. 1744. 4.

Diſſertatio *de Vulneribus machinarum ignivomarum*, Reſpond. Guil. Iuſt. *Helmkampfio*, Gandeſienſi, Brunſ. 4. ibid. 1744.

Diſſertatio *de Rheumatiſmo*. Reſpond. Arnold. Julio *Richers*, Luneburgenſi, 4. ibid. 1744.

Diſſertatio *de Cydoniis, eorumque eximio uſu medico*. Reſpond. Joh. Adamo *Bauero*, Norimbergenſe. 4. ibid. 1744. Medico ordinario in patria.

Diſſertatio *de labris leporinis*, Reſpond. Chriſt. Georg. *Schwalbio*, Quedlinburgenſi, 4. ibid. 1744. c. tab. ænea, Medico & Phyſico ordinario in patria ſua.

Diſſertatio *de Genuum Structura eorumque morbis*, Reſpond. Joh. Guil. *Widmanno* Norimbergenſe, 4. ibid. 1744. cum tab. ænea, Medico & Phyſico in patria ordinario.

Diſſertatio *de Peſte*, cui præmiſſa explicatio *Reliquiarii S.* Sebaſtiano, occaſione peſtis olim in Italia conſecrati, Reſpond. Guſtav. Phil. *Negelino*, Norimbergenſe, quoque Medico & Phyſico ordinario in patria. 4. ibid. 1744.

Diſſertatio *de Tumoribus cyſticis ſingularibus*, Reſpondente

dente Benedicto Andr. *Frieſio*, Brandenburgico-Onoldino, 4. ibidem, 1744. c. tab. ænea.

Diſſertatio *de Hydrocele*, Reſpondente Mart. Arnoldo *Butzero*, Emdano, Friſo orientali, 4. idid. 1744. c. tab. æn.

Compendium Inſtitutionum ſive Fundamentorum Medicinæ, 4. Helmſtadii, 1745. *editio altera*, auctior atque emendatior.

Diſſertatio *de Aquæ laudibus* in Medicina nimiis ſuſpectis, Reſpondente Joh. Erneſto *Damiſchio*, Magdeburgenſi, 4. ibid. 1745. Medico Tangermundenſi, in Marchia veteri Brandenburgica.

Diſſertatio *de Lithotomiæ Celſianæ præſtantia & uſu*, Reſpond. Joh. Guil. *Ilſemanno*, Cellerfeldenſi Cheruſco. 4. ibid. 1745. cum. tab. æn. hanc curationem illuſtrante.

Diſſertatio *de Tunica oculi choroidea*, præcedenti longe auctior: Reſpond. D. Ioh. Sigismund. *Leinckero*, Norimbergenſi, Medico & Phyſico ordinario in urbe patria, 4. ibid. 1746. c. tab. æn.

Epiſtola *de pilis ſive glomere pilorum*, *oſſibus & dentibus in peculiari veſica* ſive ſacculo membranaceo in ventre mulieris, quæ ſe faſcinatam credidit, inventis, una cum eorum omnium delineationibus æri inciſis. 4. ibid. 1746.

Diſſertatio *Schema novi ſyſtematis circa diviſionem Medicamentorum*, Reſpondente D. Jo. Godofr. *Pietſchio*, Mansfeldenſi, 4. ibid. 1747.

Diſſertatio qua diſquiritur, *an Chirurgus debeat eſſe Adoleſcens?* ob dictum Celſi in Præfat. Lib. VI, Medicum debere eſſe adoleſcentem. Reſpond. D. Carolo Ioſia Iohanne *Cramero*, Beckendorfio Halberſtadienſi, 4. 1747, Medico nunc Aurici in Oſt-Friſia.

Compendium chirurgicum ſive *Chirurgia parva*; germanice, Laurentii Heiſteri *kleine Chirurgie*, c. tab. æneis VIII, inſtrumentorum maxime neceſſariorum, Norimbergæ. 1747. in 8. Di-

Diſputatio *de nova arte gymnaſtica*, Reſpondente D. Friderico *Boernero*, Lipſienſi, 4. 1747.

LAVR. HEISTERI Inſtitutiones chirurgicæ, *in linguam Hiſpanicam* translatæ, per D. Andream Garciam *Vasquez*, Regiæ Familiæ Hiſpanicæ Chirurgum, titulo: INSTITVCIONES CHIRVRGICAS, O CIRVGIA COMPLETA VNIVERSAL, del Doctor Don LORENZO HEISTER &c. donde ſe tratan con la mayor claridad, todas las coſas pertenecientes à eſta ciencia, tanto de las doctrinas antiguas, como de las modernas. Iluſtrada con gran numero de laminas finas, y muy puntuales, que demueſtran al natural todos los mas preciſos inſtrumentos y operaciones chirurgicas &c. Traducida de la lengua latina por D. *Andres Garcia Vasquez*, Cirujano de Familia de ſu Majeſtad, quien la dedica al Rey nueſtro Señor. Tomo primero en Madrid, por *Carlos Rey*, Anno de 1747. y Tomo ſegundo por D. *Miguel Franciſco Rodriguez*. Anno de 1748.

Dum hæc menſe Maio huius anni 1750 ſub prelo erant, occaſione feliciſſimi adventus potentiſſimi Magnæ Britanniæ Regis in terris ſuis germanicis, hic etiam apud Heiſterum advenit verſio huius libri chirurgici in linguam Anglicanam, ſub titulo: *A General Syſtem Of Surgery, Containing the doctrine and Menagement* I. *Of Wounds, Fractures, Luxations, Tumors and Ulcers of all Kinds.* II. *Of the ſeveral operations performet on all parts of the Body.* III. *Of the ſeveral Bandages applied in all operations and diſorders. The whole illuſtrated with thirty eight Copper Plates, exhibiting all the Operations, Inſtruments, Bandages and improvements, according to the modern and moſt approved Practice &c. translated into English from the latin of Dr. Laurence Heiſter, Profeſſor of Phyſic and Surgery in the Univerſity of Helmſtadt &c. the third Edition,* London MDCCXLVIII in 4.° cum tabulis æneis æque nitidis ac amſte-

amſtelodamenſes. Quæ itaque iam tertia editio eſt anglicana intra tam breve tempus. Quo autem anno prima prodierit, autori non conſtat, quia eam non vidit.

Laur. Heiſteri *Syſtema plantarum generale ex fructificatione*: cui annectuntur regulæ eiusdem de nominibus plantarum rite conſtituendis, a cel. *Linnæi* multum diverſæ. Helmſtadii, 1748. 8.

Diſſertatio *de Aſthmate ſcirrhoſo*, hactenus fere neglecto, Reſp. D. Chriſtophoro Henrico *Dunkero*, Fuhla-Schaumburgenſi Haſſo, Helmſtadii. 1749. 4. Medico nunc Pyrmontano.

Diſſertatio Medico-forenſis *de Medico vulneratum curante a ſectione cadaveris non excludendo*, Reſpond. D. Chriſt. Theod. *von Hagen*, Hildeſienſi, ibid. 1749. 4. Medico nunc Luteræ regiæ.

L. Heiſteri *Inſtitutiones chirurgicæ latinæ*, editio II, prioribus longe emendatiores & auctiores, Tomi II. cum tab. æneis XXXX, Amſtelodami 1750.

Diſſertatio Medico-Chirurgica *de Prolapſu uteri cum inverſione extra partus tempus ex terrore orto*. Reſp. Theodoro Auguſto Schlegelio, Vlmenſi, 4 Helmſtad. 1750.

Programmata anatomica *de utilitate anatomes in Theologia* generatim, Altorfii primum tria edidit, quando diſſectiones publicas ibidem quondam inſtituit, 4. Altorfii, 1717. & 1718.

Programma deinceps ſpeciatim agens *de Dei cognitione e Ventriculi functione & fabrica*, 4 ibid. 1719. Porro

Programma *de Dei cognitione atque demonſtratione ex inteſtinis tenuibus*, 4. ibid. 1719.

Programma *de Dei cognitione atque demonſtratione ex inteſtinorum craſſorum fabrica & uſu*. 4. Helmſtad. 1720.

Programma, quo inquiritur, *an circulus ſanguinis veteribus fuerit* cognitus, 4 ibid. 1721.

Programma, *de Dei cognitione ex muſculis & mirabili corporis motu*, cum ad muſculorum demonſtrationem invitaſſet. 4. ibid. 1721.

Programma, *de Dei cognitione ex nervis*, cum nevrologiam, ſive nervos corporis humani oſtendendos ſuſciperet, 4. ibid. 1721.

Programma, quo oſtenditur, *ex pulmonis foetus innatatione* vel *ſubmerſione in aqua* nullum certum infanticidii ſignum (in Medicina forenſi) deſumi poſſe, 4. ibid. 1722.

Programma, quo ad Anatomen *cadaveris feminini, ultima menſe gravidi*, glandibus plumbeis caput penetrantibus interfecti, invitavit, ibid. 1722.

Programma, *quo feminæ huius*, ſuperiori anno a ſe diſſectæ, memoriam celebravit, & notatu digniora in ea obſervata deſcripſit, 4. ibid. 1723.

Programma, *de Dei cognitione ex partibus generationi dicatis* in univerſum, 4. ibid. 1724.

Programma, *de Dei cognitione ex mirabilibus oſſium articulationibus & motibus*, cum cadaver celebris geſticulatoris Belgæ hic demortui publice ſibi diſſecandum eſſet. 4. ibid. 1727.

Programma, *de Dei cognitione ex partibus genitalibus virorum*, 4. ibid. 1728.

Programma de Dei cognitione ex *mammis mulierum*. 4. ibid. 1730.

In *Ephemeridibus Naturæ Curioſorum* ab A. 1712 ad hoc uſque tempus in omnibus fere tomis varias deſcripſit obſervationes, & ſpeciatim quidem in Centur I. & II. quæ anno 1712. prodierunt, pag. 426 & ſeq. (1.) Deſcripſit duo *exempla apertorum oculorum*, qui ſecundum certa & pathognomonica Auctorum ſigna *veris cataractis laborant*: in quibus vero *nullam membranam* p. n. vel pelliculam, aut aliud corpus peregrinum, uti plurimi adhuc tunc

tunc crediderant, ſed in utroque *non niſi humorem cryſtallinum invenit opacum.* (2) Narrat, virum quendam eo tempore Altorfii vixiſſe, qui *brachii dextri paralyſi* laborabat, illudque movere non poterat, & tamen in hoc brachio tactus ſenſus integer ſupererat. E contrario ſiniſtrum ſuum brachium & pedem libere movere valebat; in quibus vero nulla tactus perceptio aderat: ita ut, ſive in calidam hoc ſive in frigidam immiſerit aquam, nullum ſenſerit diſcrimen. (3) Exemplum profert viri, quem una cum diverſis aliis Germanis anno 1710, Londini vidit, 40 circiter annos nati, qui ante aliquot annos *omnes in toto corpore crines amiſerat,* ita ut ne unicus quidem neque in capite, barba, ciliis & palpebris, neque etiam ſub axillis, aut in regione pubis inventus ſit, licet ceterum bene valuerit. Cuiusmodi etiam deinde exemplum poſtea Helmſtadii in muliere quadam iuvene & ceteroquin ſatis formoſa Halberſtadienſe vidit; quibus vero ambobus nulli pili regenerati fuerunt, licet cetera ſani fuerint. (4) *Abſceſſum in proceſſu vermiformi* inteſtini coli invenit. (5) Duo exempla de hominibus refert, quorum *abdomen & umbilicus* ita introrſum tracta erant, ut umbilicus plane ſpinæ dorſi incubuerit, & per umbilicum tactu ſentiri potuerit. (6) Exemplum, ubi *arteria magna* ſive *aorta* in puero 12 circiter annos nato, *quatuor diſtinctos aſcendentes* ramos habuit, quorum duo arterias ſubclavias & ceteri duo arterias carotides conſtituerunt: illasque arterias una cum corde cera repletas, balſamoque conditas adhuc aſſervat. (7) In eiusdem pueri inteſtinis non modo multos reperit lumbricos, ſed etiam *inteſtina tenuia duobus in locis* ſe invicem præter naturam ingreſſa erant, qualis mutuus ingreſſus morboſus in iliaca paſſione defunctis alias ſæpe repertus eſt. (8) Memoria prodidit, *arterias umbilicales in vitulis* ex trunci arteriæ aortæ parte infima, in infantibus

vero plerumque *ex arteriis iliacis* ortum ſuum habere. (9) Se in foetu humano *urachum* nunquam pervium *invenire potuiſſe*, ſicut in vitulis eſt; atque proinde non credit in foetu humano tunicam alantoidem adeſſe, ad quam urina ex foetu humano per urachum deponatur.

In *Ephemeridum Centur.* III & IV pag. 452 & ſeq. refert: (1) Hiſtoriam, ubi cuidam ſclopeto, *charta maſticata, loco glandis plumbeæ infarcto*, caput vehementer diffractum, læſusque ex tempore ea interfectus fuit. (2) *Tumorem cyſticum in ſuperiori palpebra* feliciter a ſe extirpatum. (3) *Novam delineationem* deſcriptionemque *tonſillarum*; (4) Deſcriptionem novi *inſtrumenti chirurgici ad tonſillas ſuppuratas* in faucibus aperiendas primus exhibuit. (5) Peculiares obſervationes diverſarum partium, quomodo in *vitulo bicipite* a ſe diſſecto, conſtitutæ fuerint. (6) Exemplum *infantis, ano clauſo nati*, & inteſtino recto omnino carentis. (7) Exemplum perquam rarum infantis, cuius *urachus a veſica uſque ad umbilicum* apertus a ſe fuit inventus, attamen non ultra umbilicum. (8) Delineat & deſcribit peculiares nonnullos *vermes, quos in ventriculo equi*, Altorfii a ſe diſſecti, obſervavit, ſimilesque poſtea iterum in equo deprehendit quamplurimos, Helmſtadii a ſe diſſecto. (9) Aliam vermium ſpeciem, quæ Altorfi *in lue columbarum* mortifera in ventriculis earum reperta eſt, deſcripſit; a qua illæ mercurio vivo potui ipſarum injecto liberatæ ſunt. (10) *Lienem in canibus ſine detrimento exſcindi poſſe*, novo exemplo confirmavit. (11) Peculiarem ac raram obſervationem deſcribit, ex qua, *quid cataracta lactea* proprie & *revera ſit*, primus oſtendit, atque etiam quid ſint *cataracta purulenta* & *caſeoſa* aliæque difficultates circa cataractæ morbum occurrentes, hic illuſtrantur.

In

In *Ephemeridum Cent.* V & VI pag. 157 & ſeq. ab eo deſcribitur: (1) *accuratior cerebelli ſtructura*, & quomodo tam in hominibus quam animalibus, ſi medium diſcinditur, perbelle ex parvis quaſi lobulis conſtet, qui a ſe invicem ſeparari queunt; & quod non tam informem habeat compoſitionem, uti adhuc ab omnibus ſcriptoribus, qui eousque de cerebro & cerebello ſcripſerant, delineatum tunc erat. Vbi ſimul illius conſtitutionem in figura ænea, cum cerebri humani, tum vitulini, ob oculos poſuit. (2) Nova & vera *pylori ventriculi* humani conſtitutio ab aliis antea prætermiſſa. (3) Obſervationes de diverſa ſede & cauſſa *tympanitidis* traduntur. (4) *De duplici eaque notabili epiplocele*, in utroque latere viri, in ſectione cadaveris inventa. (5) Exemplum feminæ, quæ *vehementibus convulſionibus* ſubito, ac ſi venenum ſumſiſſet, *mortua erat*: in cuius autem orificio ventriculi ſuperiori tantum magna *lumbricorum teretium mire implicatorum copia* a ſe reperta fuit. (6) Pag. 211 & ſeq. in eodem tomo deſcribit *tunicam alantoidem vitulorum*, quam *Harveus* negavit eiusque vaſa, quæ in figura ænea repræſentantur. (7) Vberiorem relationem de ſupra dicto *cane*, cui lien erat extirpatus, exhibet. (8) *Vaſa lactea in inteſtinis craſſis equi vivi*, a ſe diſſecti, perſpicue obſervavit: item *fibras annulares in eius ductu thoracico*, quibus fabrica eius in homine illuſtrari poteſt. (9) Veram conſtitutionem *venæ umbilicalis* & *canalis venoſi*, cum in hominibus, tum vitulis, deſcripſit & delineavit: ubi diverſorum ſimul ſcriptorum circa has partes errores emendantur. (10) Obſervationem, in qua deſcribitur, quomodo in *ſectione duorum corporum melancholicorum*, quæ aqua ſe ipſos ſuffocaverant, nullum lienis vitium; ſed *pancreas penitus induratum*, & *ſingulares valvulæ in ductibus biliariis* unius horum cadaverum, fuerint inventæ. (11) Novam anatomicam deſcriptionem

niam eſſe, a partium ſtudio liberi facile ex iis, quæ antea pag. 6. 7. & 8. dixi, comprehendent, imo & in emendationibus & augmentis alicuius libri *non ſemper ad prolixitatem reſpiciendum*, quam omni modo evitare ſtudeo; ſed potius ad *bonitatem*, *utilitatem* & *nervum rei emendandæ*, ita, ut ſæpe in uno vel altero vocabulo, aut linea addita, res magni ſit momenti atque utilitatis, ſicuti ſæpius ii invenient, qui maiori cura, quam calumniator ille fecit, utramque meam editionem conferent.

Dum etiam 5) ſcribunt pag. 4 huius Programmatis, *quodſi in compendiis ipſorum de libris dandis aliquis forte ſociorum erret*, *meliora edocti*, *errores commiſſos ſe indicaturos eſſe*, *hocque magis ipſos decere*, aiunt, *quam turpem rem* (qualis profecto eſt illa mei libri recenſio) *agere*: videbunt eruditi mecum quid hac in re facient, & an promiſſa, ut honeſtos decet, hic ſervabunt. Nam novi eſſe *eruditos* & *honeſtos* inter Medicos Lipſienſes, cum quibus mihi nulla eſt controverſia; ſed didici ex hoc exemplo eſſe etiam inter illos *malos*, & *iniquos*: hinc ſolum contra illum, qui me tam inique dehoneſtare allaboravit, ſcripta eſt hæc defenſio, ceterique prudentes agnoſcent, eiusmodi iniqua de bonis libris ac viris iudicia toti ipſorum Societati ignominiam non exiguam & vix delendam inferre; atque propterea etiam Director horum commentariorum eiusmodi nefandam recenſionem inſeri pati non debuiſſet, ſed publicationem eius, niſi forte ipſe autor eius ſit, impedire potuiſſet. Dum vero hoc non fecit, dirigens & recenſens in eadem ſunt culpa: & dum hic mali deprehenſi ſunt, maculam

hanc

hanc *malæ fidei* ſemper retinebunt: ſcilicet *qui ſemel deprehenſus eſt malus, ſemper præſumitur talis*, & ſic nemo honeſtus ipſorum relationibus fidem habebit, quia ſemper metuendum, ſe mendaciis fallere lectores.

Denique etiam dicit cenſor *me varia omiſiſſe, quæ addere potuiſſem & debuiſſem, meumque opus propterea eſſe minus completum* & *imperfectum*, ut propterea *non ſit emendum*. Ad quod autem reſpondeo, quod ex mea ſententia nemo ſit tam ſapiens, qui omnia ſciat & non quædam, ac præſertim in tam magno libro omittat, quod alius addendum eſſe exiſtimet: neque unquam tam vanus fui, ut de me hoc crediliſſem aut ſcripſiſſem. Ita enim *nullus liber eſſet emendus*, ſi quis deſideret, ut nihil in eo deficiat; ſed ſufficit, ſi ſcriptor multa bona, utilia & nova protulit. *Si Cenſor de ſe credit*, ſe libros ſcripſiſſe aut ſcribere poſſe, in quibus nihil omiſſum, nimis alte de ſe ſentit, & vehementer fallitur; ſin vero aliquid notatu dignum ſciviſſet, quod addendum aut emendandum utile fuiſſet, atque hoc *modeſte, ſine bile, ſine ſcommatibus* & absque *contumelioſis vituperationibus*, indicaſſet, aut quibus rebus bonis librum meum augere potuiſſem, gratias ipſi pro hoc monito, ſi operæ pretium fuiſſet, habuiſſem. Verum de illo, qui bona, quæ ſe ſcire perhibet, tacet, & tam ſiniſtre de meo hoc libro, quem multæ nationes ſapientes bonum eſſe agnoverunt, iudicat, *quod omnia mea non niſi levia* ſint, quod *ipſe chirurgus ſit, cognoſcere inde non poſſum;* atque an multa meliora, quam quod ego ſcripſi, ab eo, qui chirurgus practicus non eſt, provenire poſſint, dubito, donec meliorem, & pluribus augmentis refertam, quam ego ſcripſi, ipſe edat chi-

Denique in *Actis Philoſophicis Anglicanis* N. 417 p. 13. etiam prolixe deſcripſit obſervationem notatu digniſſimam viri ſenis, ſed vegeti & robuſti, qui in vicinia Helmſtadii vixit & diu vehementerque *a calculis veſicæ afflictus* fuerat; qui vero calculi tandem aliquando, ægro hoc vix cogitante, ſponte, hoc eſt, ſine vi externa, *in veſica cum impetu confracti & mox poſtea fruſtulatim,* larga copia, ſatisque magnis fruſtulis per urethram *excreti ſunt:* quo ipſo æger & a doloribus & a calculis liberatus eſt, atque poſtea ad finem uſque vitæ ab iis immunis vixit. Hoc exemplo veriſimile fit, quod non pauci impoſſibile eſſe crediderunt & adhuc credunt, *calculos maiores in veſica confringi & excerni, adeoque remedia quoque aut dari aut inveniri poſſe negarunt,* quibus majores & præſertim firmiores, aut duriores calculi in veſica comminui queunt, ſicut forte in multis (ſi non in omnibus) calculo veſicæ laborantibus, lithotomia tunc carere poſſimus, ſi modo ejuſmodi remedia certe inventa & nota eſſent.